de immolatione yſaac. magis eniꝫ ꝑtine/
ret ad vigiliaꝫ paſce. Rñdeo dicit ꝓpter
ꝓmiſſiones q̄ ſunt ibi videlicꝫ. Multipli
cabo ſemē tuū ſicut ſtellas celi. Baptiſa/
ti eni ſunt ſtelle. Et iteꝝ. In ſemine tuo be
nedicent oēs gentes. Hoc eni ꝯuenit ba
ptiſatis. q̄ ſunt veꝝ ſemē. i. veri filij abꝛae
In lectōe vero. Appꝛebendent ſeptē muli
eres ꝛc. ꝑ ſeptē mulieres ſignificant ſeptē
dona ſpūſſancti. que dantur ī baptiſmo.
alia patent. ¶ Poſtea fit ꝓceſſio ad fon/
tes. ſicut in vigilia paſce ⁊ cantat miſſa ſi
ne introitu. q2 eccl'ia adhuc nō habet ſpiri
tumſanctū ſalteꝫ in tanta plenitudine in
quāta expectat eū in craſtino. q̄ eſt princi
piū ⁊ finis oīs boni. In vigilijs ergo pa/
ſce ⁊ penthe. incipit miſſa a kyri heleyſō
ſine introitu ꝓut dictū ē ibi. ⁊ dicit. Glo/
ria in excelſis deo. ⁊ hoc more aplōꝝ qui
etiā priuſq̄ꝫ ſpūmſanctū accipent. erāt iu
giter in templo laudantes ⁊ bn̄dicentes
dn̄m. Rurſus q2 angeli gaudēt de rena/
tis. iō ſubiungit. Gloria in excelſis. Po/
ſtea ſequit epl'a de act. aplōꝝ. xix. c. Cum
appollo ꝛc. in qua habet ꝙ paul⁹ baptiza
bat baptizatos a iohāne quoniā ī ſpūm/
ſanctū nō credebāt. dixerūt eni. Sꝫ neqꝫ
ſi ſpūſſanct⁹ eſt audiuim⁹. Poſtmoduꝫ
ſequit vnū all'a. ſ. Cōfitemini. in gratiarū
actōeꝫ ꝓ baptiſatis q2 ab omni peccato
liberati ſūt. Dicit ergo hodie alleluia. nec
dicit flectam⁹ genua. q2 hoc eſt ieiuniuꝫ
exultationis ⁊ leticie ꝓpter reſurrectōeꝫ
⁊ aſcenſionē. Sequit tract⁹. Sꝫ q̄re hoc
cū ſpūſſanctus omnia facit leuia. Ad hoc
dicendū eſt ꝙ hoc fit ꝓpter baptizatos q̄
multos tract⁹ miſeriaꝝ paſſuri ſunt ſi vi
xerint. Poſtmodū ſequit euāgeliū ioh.
xiiij. c. d ꝓmiſſione ſpūſſancti. Si diligitiſ
me mandata mea ſeruate ꝛc. Credo ī vnū
deū. nō eſt etiā obmittendū. q2 cū ſimbo/
lum hoc deriuatū ſit a ſimbolo aplōꝛuꝫ.
fidē quā habebant inſinuat. Offerenda
Emitte ſpiritū tuū ꝛc. manifeſte ad opa/
tionē ſpūſſancti ꝑtinet. q2 ꝑ eum renouat
facies terre ex delicto ade maledicte. ꝑ eū
dn̄s benedicit. ꝑ eū celuꝫ ſicut pellis extē/
ditur. i. ſcriptura vt quaſi nihil lateat ex/
planat. Similiter ⁊ cōmunio. Die feſti/
uitatis ꝛc. ioh. vij. cap. ad eandē pertinet
ſpūſſancti opationem. qui facit flumina
velut aque viue de ventre credentis exi/
re. i. affluentiā ſalutaris doctrine. Et eſt
vt quibuſdā placet hec miſſa ꝑ benedica
mus dn̄o concludēda. In veſpis hi pſal/
mi ſm̄ quarundā eccleſiaꝝ ꝯſuetudineꝫ
ꝯcinunt. ſ. Laudate pueri. Laudate dn̄m
oēs gentes. Lauda anima mea dominū.
Laudate dominū qnoniā bon⁹ eſt pſal/
mus. ⁊ Lauda hieruſalē dominum. eo ꝙ
in his pſalmis laudes dei magis reſona
re vident. vbi eni ſpiritus ſpirat. organū
ad laudes inuitat.

¶ In die ſancto pentecoſtes.

PEntecoſtes ſicut
⁊ paſca apud hebꝛeos celebꝛe fe
ſtum erat qd̄ poſt quinqꝫ deca/
des paſce celebꝛabat. vnde ⁊ vocabuluꝫ
ſumpſit. Nā penthecoſtes dicit a penta
qd̄ eſt quinqꝫ ⁊ coſtes qd̄ eſt decē. Voca
tur eni penthe. quinquageſim⁹ dies a pa
ſca. ꝓut iam dicet. Inter hoc feſtū ⁊ aduē/
tum domini cantat alleluia. ⁊ gloria ī ex/
celſis. ꝓut dictū eſt in ꝓhemio hui⁹ ꝑtis.
⁊ ſub ti. de ſeptē diebus poſt paſca. Idcir
co aūt alleluia frequēter cantat ꝑ totam
hebdomadā penthecoſtes. q2 ꝑ dies pen
the. eccleſia ꝑ baptiſmū deo ꝓplos cōgre/
gat. ⁊ ideo ſaluti eoꝝ congaudēs quouſ/
qꝫ albis vtunt veſtib⁹. hīmnū laudis de
cantant. Tūc etiā ſtantes oꝛam⁹. in ſignū

liberatõis eorundẽ. q̇ ꝑ dona ſpūſſancti
de morte ad vitam reſuſcitari meruerūt.
Hac enī die miſſus eſt ſpūſſanctꝰ ī apłoſ
ī linguis igneis. Sane octaua penthe. ce-
lebratur. q2 ſicut in ſeptenario hebdoma
daꝝ q̄ p̄cedit intelligit̄ pfectō bonoꝝ ope
rū ſeptiformis ſpūs. ita ī octaua intelligit̄
ꝯſummatio p̄mioꝝ. quoꝝ vtrūqꝫ appro
priat̄ ſpūſancto. licet tota trinitas vtrū-
qꝫ operetur. quoniā indiuiſibilia ſunt opa
trinitatis. Sꝫ q2 ſpūſſanctꝰ eſt amor pa-
tris ꝛ filij. ꝛ ex ſolo amore hꝰ dat ꝛ dabit
nobis dñs. idcirco ſpūſancto aſcribitur
Alij vō nō celebrāt octauā penthecoſteſ
Nā cū ſolū ſeptē ſint ſpūſſancti dona. ſo-
lū ſeptē diebꝰ debet fieri feſtū penthe. Et
ideo clemēs papa dicit in ſua epła decre
tali ꝙ hoc feſtū caret octauis Sꝫ pari ra
tione nec paſca deberꝫ octauā habere. ni
ſi ſolū vnā diē ꝓpter vnitatē. Rurſꝰ hoc
feſtū ſeptē diebꝰ agit̄ ꝓpter p̄ſentis vite ſe
ptenariū. vel ꝓpter animaꝝ ſabbatiſmū
vel q2 ꝑ ſeptē ſpūſſancti dona corpibuſ ꝛ
animabꝰ plena gaudia ꝯferunt. Vñ ꝛ ſe
ptem vltimi pſalmi a laudibꝰ intitulant̄.
q2 ꝑ ſeptiformis gratie operatiōꝫ gaudia
ꝯferunt eterna. De hoc dicet̄ ſub dñica
p̄ma poſt penthe. Utrū penthecoſteſ ſit
hebdomadaria feſtiuitas. dictū eſt ſub ti.
de ſeptē diebꝰ poſt paſca. In nocte pente
coſtes legunt̄ tres lectiones. ꝛ dicūt̄ tres
pſalmi cū tribꝰ antiphonis ſicut fit ī no-
cte paſce ad notandū vnū eſſe opꝰ totiuſ
ſancte trinitatis in potētia miraculoꝛꝫ
Quidā tñ nouē legūt lectōes ſicut fit in
alijs dñicis. ſꝫ tñ canonicū eſt tres dūta-
xat legere ꝓpter ſacramentū baptiſmi in
triū pſonaꝝ noīe celebrari vel ob tridua-
nā dñi ſepulturā cui ſumꝰ in baptiſmo cō
ſepulti. Rurſus iō tres pſalmi cū tribus
antiphonis dicunt̄. q2 ſpūſſanctꝰ tria cir-
ca apłos operatus eſt. Nā veteres īnoua-
uit. innouatos ꝯfirmauit. ꝯfirmatos ad
alios ꝯuertēdos miſit. Ad primū ptinet
qđ dicit̄ in p̄ma antiphōa. Factꝰ eſt repē
te de celo ſonꝰ. Ad ſecundū qđ dr̄ in ſecū
da. Cōfirma hoc deꝰ. Ad terciū qđ dicit̄
in tercia. Emitte ſpūm tuū. Eoꝝ eīꝫ mini
ſterio docti ſūt alij. ꝛ ſpūſancto interiꝰ re
creati. Et q2 in ipis apłis duo opat̄ ſpūſ-
ſanctꝰ. ſ. remiſſionē peccatoꝝ. ꝛ opatōem
miraculoꝝ. idcirco ille antiphone termi-
nant̄ ꝑ duplex alleluia. Uerꝫ ſi diligēter
attēdere volumꝰ ꝛ ꝯferre pſalmos ꝛ an-
tiphonas q̄ dicunt̄ in paſca cū his q̄ dicū
tur in penthe. alia ratio inuenit̄. Nā ibi ī
ſra hebdomadā fit variatio pſalmorum
antiphonaꝝ ꝛ tonoꝝ. Hic aūt nec in ipa
die nec in alijs ſit variatio. ꝛ oēs ille anti
phone ſūt vnꝰ toni. ſ. octaui. ꝛ eiuſdē dif
ferētie. Ratio aūt eſt. q2 q̄ duplex baptiſ
ma legimꝰ apłoꝝ. Primū in q̄ ꝑceperūt
remiſſionē peccatoꝝ. Nā eos baptizatoſ
eē xp̄i baptiſmo ambigēdū nō ē. vt dictū
eſt ſub ti. đ vigilia paſce. Et ſm qđ recepe
rūt ad robur virtutū ꝛ opatōeꝫ miracu-
loꝝ. ꝛ ad repulſionē illecebraꝝ oīm ſecu-
lariū. Primo baptiſatꝰ fuerat petrꝰ cum
ad vocē ancille xp̄m negauit. Secundo
baptiſatꝰ fuit in die pente. cū corā regibꝰ
ꝛ principibꝰ nō timuit p̄dicare v̄buꝫ dei.
In p̄mo ergo multa inſtabilitas ꝛ vari-
etas fuit circa diſcipulos. In ſecūdo vni-
formitas ꝛ ſtabilitas. In hūc etiā moduꝫ
in eccłia dei duo ſūt genera bonoꝝ. ſ. actiu
oꝝ ꝛ ꝯtemplatiuoꝝ. Actiua vita conſi-
ſtit in bonis opibꝰ. i. in āminiſtratōe exte
rioꝝ. in q̄ ꝯſtituti ab amore tpalium nō
omnino ſepant̄. licet amorē dei amori tē-
poraliū p̄ferant. Contēplatiua conſiſtit ī
dilectōe dei ꝛ ꝯtemplatōe. He due vite ꝑ
mariā ꝛ marthā ſignificate ſunt. Marie

pꝫ dicta eſt optima. iuxta illud. Maria
optimā ptem elegit ꝛc. Nō tn̄ reprehendit̄
pꝫ marthe. qꝛ ꝛ ipa actiua vita bona eſt
q̄ hic inchoat̄ ꝛ terminat̄. Cōtemplatiua
vō optima eſt q̄ inchoat̄ hic ꝛ ī futuro cō
ſummat̄. In illa tn̄ eſt multa varietas. in
iſta vniformitas put in hac vita eſſe pōt.
Antiphone ergo cū pſalmis q̄ cantāt̄ur
in paſca ptinēt ad vitā actiuā. ꝛ idcirco ī
eis eſt varietas. Antiphōe vō ꝛ pſalmi
q̄ cantant̄ in penthec. ptinēt ad ɔtemplati
uā vitā. ꝛ ideo in eis eſt vniformitas. In
pͥma enī antiphona q̄ in paſca cantat̄ dr̄.
Et ɔſiliū meū nō eſt cū impijs. Hic dicit̄.
Fact⁹ eſt repēte de celo ſon⁹ ꝛc. Spirit⁹
ſeu vent⁹ veniēs ſolet puluerē a facie ter
re deijcere. Magna enī eſt differētia int̄
donū ſpūſſancti. q̄ ſepant̄ fideles ab impi
is. ꝛ donū quo oīs puluis terrenoꝝ cogi
tationū a pectore humano tollit̄. Illō ad
actiuā vitā ptinet. hoc ad ɔtemplatiuā.
In ſecūda ibi dicit̄. Poſtulaui patrē me
um ꝛc. Hic vō dicit̄. Cōfirma hoc de⁹ ꝛc.
Ad oēs quidē fideles ptinet eſſe debere
ditate dn̄i. ſꝫ ad paucos ptinet eē a terre/
nis cogitatōib⁹ ſepatos. ꝛ in hoc ɔfirma
tos. ne ad terrena redeāt. ſꝫ ɔuerſatōēꝫ
eſſe in hieruſalē celeſti. ꝛ ibi all'a cantare
nō ceſſent. qđ hic petit̄. In tercia ibi dicit̄.
Ego dormiui ꝛ ſomnum cepi ꝛc. hic dicit̄
Emitte ſpūm tuū ꝛ creabunt̄ ꝛc. Omnes
fideles ꝛ boni a vicijs reſurgūt vel reſur
rexerūt. ſicut xp̄s a mortuis reſurrexit. qđ
ibi dicit̄. hic vero in paucis renouat̄ faci/
es terre. i. ratiōāc q̄ ſit ab omni puluere
terrenoꝝ deſideriorūꝫ immunis. Ibi ergo.
hoc eſt in vita actiua q̄ ibi oſtendit̄ eſt in
choatio. hic aūt. hoc eſt in ɔtemplatiua q̄
hic oſtendit̄ eſt perfectio ꝛ ɔſūmatio. Ibi
varietas, hic vniformitas. Et propterea
hic variant̄ antiphone ꝛ pſalmi. hic non

Propter hāc ɔſummationē ꝛ vniformi
tatē notandā antiphone ſūt octaui toni
ꝛ eiuſdē differentie. qꝛ octo ſunt beatitu/
dines quaꝝ octaua redit ad caput. Naꝫ
in pͥma dicit̄ Beati paupes ſpū. quoni
am ipoꝝ eſt regnū celoꝝ. ꝛ in octaua. Be
ati qui pſecutionē patiunt̄ ppter iuſtici/
am. quoniā ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ. Pro/
pter hāc eandē ɔſummationē notandaꝫ
in quibuſdā eccleſijs celebrat̄ octaua pē/
thecoſtes. Per hos quoqꝫ ſeptem dies
tres quotidie legunt lectōes vt ſeptē fra/
tres tres pcurēt ſorores. i. ſeptē dona ſpi
ritusſancti p illos ſignificata. tres virtu/
tes. ſ. fidē ſpem ꝛ caritatē. put grego. pſeq
tur in moralib⁹. Hoꝝ enī dieꝝ officia ſe/
ptem donis ſpūſſancti adaptant̄. Heſter/
nū igit̄ ꝛ hodiernū officiū ptinent ad ſa/
pientiā ꝛ intellectū vt ex opib⁹ pꝫ. Per
totā etiā ſeptimanā ſunt ſolēnitates hu⁹
de. Dicit̄ enī gloria in excelſis. all'a. credo
ite miſſa eſt. ꝛ te deū laudam⁹. put ī ſeqn/
ti ti. dicet̄. Dicit̄ etiā ad horas capitulū.
Dū complerent̄. act. ij. c. Et illud. Spūs
domini. ſap. j. ca. Et illud. Caritas dei ro
ma. v. ¶ Sequit̄ videre de officio miſſe. ꝛ
quidē in die penthecoſtes celebrat̄ feſtuꝫ
de aduentu ſpūſſancti. viſibiliter enī tūc
deſcēdit in diſcipulos ꝛ fuit hoc miracu/
lum ꝛ argumentū qđ nō potuerunt calū
niari iudei. Reſurrectionē enī ꝛ aſcēſio/
nem calūniabant̄. ſꝫ hoc nō potuerūt fa/
cere de aduētu ſpūſſancti. qꝛ ex omni na/
tione q̄ ſub celo eſt ɔuenerāt ad diē feſtū.
ꝛ tūc deſcēdit ſpūſſanct⁹ viſibiliter ī diſci/
pulos. ſicut xp̄s pmiſerat ꝛ loquebātur
omnib⁹ linguis corā omnib⁹. Et ideo in/
cipit introit⁹. ſap. j. ca. Spirit⁹ domini re
pleuit orbem terraꝝ. i. eccleſiā. q̄ dicit̄ or/
bis terraꝝ. Sicut enī extra orbē terrarū
nil viuit ad litteraꝫ. ſic extra eccleſiam nil

vivit ſpũaliter. Sequit͛. Et hoc qḋ conti
net oĩa. i. ſpũſſanct⁹ cui⁹ bonitate oĩa ſub
ſiſtunt habet ſcientiã vocis. i. linguaꝝ. Et
ita potuit dare ⁊ dedit aplis vnde cõfuſi
ſũt inimici xp̃i. Et ideo ſequit͛ verſus. Ex
urgat de⁹ ⁊ diſſipent͛ inimici ei⁹. Per ſpi
ritũſanctũ enĩ oẽs demones cõpellũtur
⁊ eiiciunt͛. Rurſus impleuit orbẽ terraꝝ
dũ aplos inebriauit. quoꝝ ſon⁹ ĩ omnez
terrã exiuit. de q̊ ſono dicit͛ in eplã. Fact⁹
eſt repẽte de celo ſon⁹. Et quoniaꝫ orbis
terre ꝑ q̃ttuor climita ſepat͛. iḋ q̃ter in in-
troitu alla ꝯcinit͛. Duplex vͦ alla qḋ p⁹
eplãm canit͛ ſignificat duplicandã leticiã
vel ſpũmſanctũ bis aplis fuiſſe datũ. ſ. de
terra ⁊ de celo. vel eos ſpũ ⁊ mẽte pſallẽ-
tes. vel duoꝝ ꝑploꝝ ꝯuerſionẽ. Et hͦ qḋ
ꝯtinet oĩa ſcientiã habet vocis. i. nouit q̃
mẽte q̊ſqꝫ loq̃bat͛. vel habet ſcientiaꝫ oĩm
ꝑ q̃ ⁊ de quib⁹ p̃t vox hũana variari. vel
ſcientiã vocis. i. vocẽ ſcientie habꝫ. i. facit
nos habere. vt q̃ ipo inſpirante apli ꝓfer
rent cũ intelligẽtia ꝓnunciarẽt. Et nota
ꝙ ſpũſſanct⁹ paclit⁹ dicit͛. qḋ verbũ grece
latine ſonat aduocat⁹. qḋ nomẽ et filio ⁊
ſpũiſancto aſcribit͛. Vñ dñs in euãgelio.
Rogabo patrẽ meũ ⁊ aliũ paclitũ dabit
vobis. Et iohãnes in euãgelio. Aduoca-
tũ habem⁹ apud patrẽ ihũm xp̃m iuſtũ.
Dicit͛ etiã paclit⁹ ꝯſolator. Nã paclitis
grece dicit͛ latine ꝯſolatõ. Poſtmodũ ſe
quit͛ eplã de act. aploꝝ. ij. c. Dũ cõplerẽt͛
dies penthe. dies. ſ. quinq̃ginta a reſurre
ctõe. Sicut enĩ q̊nq̃geſima dies a paſca
fiebat penthecoſtes iudeoꝝ. ita ⁊ noſtrũ
fit. ⁊ ſicut ꝑpls iſrael quinq̃geſima die ab
ĩmolatõe agni paſcaliſ ſiue a paſca. qḋ ce
lebrauerũt in ramathe. venerũt ad mon-
tem dei oreb vel choreb vel ſynai qḋ ideꝫ
eſt. ⁊ tũc legẽ acceperũt. ita ⁊ die quinq̃ge
ſimo a reſurrectõe dñi dat⁹ ẽ ſpũſſanct⁹

diſcipulis ĩ ſuꝑiori cenaculo illi⁹ aduẽtũ
expectãtibuſ. Precipit͛ enĩ leuit͛. xxiij. vt ĩ
die penthe. offerant͛ noui panes. ſ. ꝓpoſi-
tionis de nouis frugibuſ. ꝑ qḋ ſignificat͛
ꝙ debem⁹ deo grãs agere ex eo ꝙ eadeꝫ
die dedit nouã legẽ ꝑ ſpũmſanctũ. ĩ q̃ die
data eſt lex vet⁹. ſ. quinq̃geſima die a pa-
ſca. de quo dicet͛ in ꝓhemio. vij. ꝑtis. De
dono cui⁹ debem⁹ laudare deũ. qḋ eſt of
ferre panẽ nouũ. q꞉ etiã lex vet⁹ ſpũaliter
intellecta noua ẽ. Et attẽde quoniã agn⁹
ĩmolat⁹ eſt decimaq̃rta die aprilis. lex ve
ro data eſt quarta die menſis tercij. Di-
cit͛ tñ eſſe data tercia die. Iã enĩ vt inquit
ſcriptura aduenerat tercia dies. ⁊ mane ĩ
clinauerat. ⁊ ceperunt audiri tonitrua.
Die nãqꝫ tercio deſcẽdit dñs noſter ſuꝑ
montẽ ad dandã legẽ. ⁊ moyſes aſcẽdit
ad deũ ⁊ deſcẽdẽs narrauit oĩa plebi. ma
neqꝫ rurſus aſcendẽs duas tabulas ſcri-
ptas accepit. Et caue vt ĩ ſecũdo mẽſe tri-
ginta dũtaxat cõputes dieſ. Secundũ lu
nam ergo ſedecim in mẽſe p̃mo. xxx. in ſe
cundo. ⁊ q̃ttuor ĩ tercio faciũt quinq̃gin-
ta. Rurſ⁹ in quinq̃geſimo ãno erat iubi-
le⁹ ann⁹. q̊ interp̃tat͛ remiſſiõis ann⁹. q̊ ſe
ptenis ãnoꝝ hebdomadalib⁹. i. q̃dragi-
ta ⁊ nouẽ annis texit͛. in quo clangebant
tube. ⁊ oĩa debita remittebant͛. ſui manu
mittebant͛. ⁊ libertas ꝯceſſa cõfirmabat͛.
antiq̃ poſſeſſiones alienate oĩbuſ reſtitu
ebant͛ vt dictũ ẽ ſub dñica quinq̃geſime.
Similiter in dieb⁹ penthecoſtes hũc nu
meꝝ poſt dñi reſurrectõeꝫ obſeruamus
ſuſcipiẽtes aduenientẽ in nos ſpũſſancti
gratiã. ꝑ quã efficimur filij dei. ⁊ virtutuꝫ
poſſeſſio nobis reſtituit͛. ⁊ remiſſa culpa
⁊ totiuſ debiti cyrographo euacuato ab
omni ſuitutiſ nexu liberi efficimur. Pre
terea iſte numer⁹ quĩq̃geſim⁹ reſultat ex
ſeptẽario nũero ducto ĩ ſeipo ſuꝑaddita

vnitate. ſeptē eniſunt hebdomade a pa/
ſcha vſq; ad penthecoſtes. ⁊ ita ꝯpetēter
q̄nq̄geſimo die a paſcha eſt penthecoſte.
in quo datur ſpūſſctūs c⁹ dona ſunt ſep/
tem q̄ dant ab vno. Judei enī ſeptenariū
nūerum nō ſine figura in oīb⁹ obſeruāt.
ꝑut dictū eſt ſub q̄nquageſima. Aſcēſio
āt facta fuit q̄dragesima die qui ē nūeruſ
penitētie. ⁊ hoc cōpetēs fuit q꞉ ꝑ penitēti
am homo fit ſimil' deo. ⁊ hoc eſt aſcēdere
Sȝ videt q̄ ſicut iudei ab imolatōe agni
tipici q̄nq̄ginta dies cōputādo ibi facie/
bant ſuū penthecoſten. ita et nos q̄nqua
ginta dies ab immolatōe agni debemus
cōputare. ⁊ ſic deberem⁹ noſtꝝ pēthecō/
ſten. facere in die veneris. āteq̄; modo fa/
cim⁹. q̄d docet cōputatō. Ad hoc dicim⁹
q̄ nō faciebāt cōputatōeȝ ab imolatōne
agni. ſȝ a ſeq̄nti dn̄ica Vn̄ legit leui. xxiij.
Numerabitiſ ab altera die ſabbati. id eſt
a dominica que altera dies poſt ſabbatū.
numerabitis dico ſeptem hebdomadas
vſq; ad alteraȝ diē ſeptime hebdomade.
Hoc dixit ſpūſſctūs ꝑ moyſen. innuēs ꝑ
hoc penthecoſten xp̄ianoꝝ q̄d ſemꝑ eſt ī
die domīca Dicit ergo lucas de hac die.
Dū cōplerent dieſ pētecoſtes. erant oēs
diſcipuli ꝑiter in eodeȝ loco. i. in cōſona
⁊ cōcordi vnitate. Et fact⁹ ē repēte de ce/
lo ſonus. q꞉ exiſtentibuſ in penitētia que
eſt ānus iubileus ⁊ cōpletio pēthecoſtes
⁊ exiſtentibus in vnitate dat ſpūſſctūs. ſȝ
repēte. q꞉ neſcit tarda reꝝ hēre molimīa
ſpūſſācti grā In igne āt deſcendit. q꞉ ſicut
ignis illuminat ⁊ inflāmat. ita ſpūſſctūs
illūinat ad cognitionē dei. ⁊ iflāmat ad a
morē dei. Apparuit ergo in līguis igneis
vt facūdi eſſent ī omni genere linguaꝝ. ⁊
q꞉ ipe eſt līgua q̄ de oculto ſue bonitatis
v̄bum ꝑtulit in vteꝝ virginis. ⁊ ꝓfert v̄/
bum in corde hoīs. Math. x. Vos nō

eſtis q̄ loquimini ſed ſpūs patris veſtri
qui loq̄tur in vobis Ipe enī quos replet
eloq̄ētes facit. Seq̄tur. Quaſi adueni/
entes ſpūs vehemēnſ Hoc āt dicit quia
nihil potuit reſiſtere ſpūiſācto. nec ap̄lis
Vn̄ dn̄ſ in euangelio mathei. Ego dabo
vobis os et ſapientiā cui nō poterūt reſi
ſtere ⁊ cōtra dicere oēs aduerſarij veſtri
Et d̄ beato ſtephano ſcriptū eſt in actib⁹
q̄ nō poterāt reſiſtere ſapiētie ⁊ ſpūi qui
loquebatur. Quia vero in ep̄la dicit. Et
factus eſt repente de celo ſonus. tāquam
aduenientis ſpūs vehemētis ⁊c. iō ad hoc
repſentādum in nōnullis eccl'ijs clangūt
tube dum ſequētia d̄r. Venit enī ſpūſſct⁹
in ſpū vehemēti. Quia ſicut vent⁹ vehe/
mens ꝓijcit puluereȝ a facie terre. ſic ſpūſ
ſctūs eijcit a cord̄ hoīs omnē terrenitatē
Tubis quidē vtebātur antiqui. vt legit
ī nūeris ad mltitudinē ꝯgregādā. ad di/
micādū. ⁊ cōgratulandum in diebus fe/
ſtiuis. cum diuerſitate tn̄ ſonoꝝ. quarū
[illegible]ſus fuit tāte virtutiſ in iubilo vt ad cre
ꝑituȝ ſiue ſonū eaꝝ corruerēt muri hieri
[illegible]o. He ſiquideȝ ſunt duo teſtamēta vl'
ꝑdicatores. quibus ad ꝑcinctū fidei ꝑp̄ls
euocat. ad penitētiā et lacrimabilē cōpū
ctōem excitat. ad laudēs dn̄o exhibēdas
inuitatur. ⁊ ad mōteȝ ſyō. et ad ciuitateȝ
ſctāȝ hieruſalē. ⁊ mltoꝝ miliū āgeloꝝ fre
quētiam. et ad futuꝝ dei iudiciū ꝓuocat
Et vide q꞉ in aduerſis ⁊ ꝓſꝑis tubis clā
gitur. q꞉ omne tp̄s ꝯuenit v̄bo dei. Vn̄
Benedicaȝ dn̄m in omni tp̄e. ſemꝑ laus
eius in ore meo. De organis dictum eſt
in q̄rta pte ſub ti. de ſanctis. Tunc etiam
ex alto ignis ꝓijcitur. q꞉ ſpūſſctūſ dſcēdit
in diſcipulos in igneis linguis. ⁊ etiā flo
res varij. ad denotādū gaudiuȝ. ⁊ diuer
ſitatem linguaꝝ atq; virtutū. Columbe
etiaȝ ꝑ eccliā dimittūtur. in quo ipe ſpūſ

ſancti miſſio deſignatᷣ. Poſt epiſtolā di/
citᷣ graduale in quibuſdam eccleſijs q₂ fe
ſtū paſcale terminatū eſt. Tamē in q̇buſ/
dam alijs dicitᷣ duplex alleluia. q₂ ſpūſſā/
ctus datꝰ eſt gemine ſtole. Euāgeliū. Si
quis diligit me. ioh. xiiij. c. manifeſte eſt d̄
ſpirituſancto. Poſtcōmunio eſt. Factꝰ
eſt. act. ij. c. Quare hoc feſtū celebratᷣ a iu/
deis. ⁊ quare a xp̄ianis dicetᷣ in ꝓhemio
ſeptime ptis.

De ſecunda feria.

Sequitur ſecunda feria in qua oſtēdit ꝙ nō tantū/
modo data eſt lex iudeis: ſ₃ etiā gentibuſ
Vn̄ introitꝰ eſt. Cibauit eos ex adipe fru
menti. i. intelligētia ſpūali. ⁊ de petra mel
le. i. melliflua doctrina xp̄i qui ē petra ſa/
turauit eoſ. ⁊ hoc habetᷣ in ep̄la. Aperiēſ
petrꝰ. act. x. c. in qua habetᷣ ꝙ adhuc loq̄n
te petro deſcēdit ſpūſſanctus. Vel frumē
tum xp̄s eſt. cuiꝰ adeps eſt ſpūſſanctus.
quo fideles ſatiantᷣ cū ſpūſancto replentᷣ
qui etiā ſatiantᷣ melle de petra. i. doctrīa
de xp̄o ꝓcedente in quo ſunt oēs theſau
ri ſapientie ⁊ ſciētie dei. Hic aūt ꝓpter ꝓ/
miſſiones que ibi ꝯtinentᷣ cōcinitᷣ quater
alleluia. ſicut ⁊ ī feria tercia ⁊ ſabbato ex/
ponetᷣ. De hoc dictum eſt in tercia dn̄ica
poſt paſca. Alleluia eſt. Spūs dn̄i. ſap. j.
c. Aliud alleluia eſt. Loquebantᷣ. act. ij. c.
Euangeliū vero. ioh. iij. c. nō videtᷣ cōue/
nire ſpirituiſancto. ſed ꝯcordat ep̄le. Ibi
enī oſtenditᷣ ꝙ nō tantū iudeis. ſ₃ etiā gē/
tibus data eſt lex dicens. Sic deꝰ dilexit
mundū ſupple nō tantū iudeos. vt filiu₃
ſuū vnigenitū daret. Et poſtea ſequitur
Vt omnis qui credat in illū non pereat.
Et nota terribile verbu₃. ꝙ qui nō credit
in eū iam iudicatꝰ eſt. Preterea ꝑ hoc ꝙ
de dilectōe mentio fit. ſpūſſanctꝰ q̇ amor
eſt. ſatis exprimitᷣ. Poſtcōio eſt. Spūſſā
ctus. ioh. xiiij. c. Et eſt ſciendū ꝙ ꝑ totam
hanc ſeptimanā in miſſa ſunt ſolēnitateſ
ſeruāde. vt gloria ī excelſis. credo. ite miſ/
ſa eſt. ⁊ te laudamꝰ. ⁊ alleluia. vt baptiſa/
torum ſaluti ꝯgaudeamuſ. ⁊ vt future le
ticie plenitudinē figuremuſ. Poſtremo
notandū ꝙ dn̄s nō p̄dicauit gentibꝰ per
ſe ſ₃ ꝑ ap̄los. Vn̄. Ite baptiſate eos in no
mine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. ſicut yſaac
iuniori filio ſuo nihil p̄cepit de offerēdo
ſibi cibo vt benedictōe₃ acciperet. ſ₃ ꝑ opa/
tionem rebecce primatū benedictōnis ac
cepit. ⁊ q₂ hec facta ſunt dei occulto iudi/
cio. ideo officiū huiꝰ ſecunde ferie ꝑtinet
ad conſiliū. qđ eſt donū ſpūſſancti

De tercia feria.

Sequitur tercia feria. Et quia ſpūſſanctus nō datᷣ
niſi ꝑ miniſtros. ideo in tercia feria dicitᷣ
introitꝰ in ꝑſona prelatoꝝ. Accipite iocū
ditatē glorie veſtre. In quo q₂ ꝑ geminā
dilectōe₃ ad fidē ꝑtingimꝰ trinitatis. ido
quinquies concinimus alleluia. ⁊ eſt ſen
ſus. Accipite iocunditatē glorie. i. ſpiritū
ſanctū qui vos glorificabit ⁊ clarificabit.
vt quiſq₃ de ſe dicere poſſit qđ dicitur in
cōmunione. Spiritꝰ qui a patre ꝓcedit
ille me clarificabit. Sequitᷣ epiſtola. Cu₃
audiſſent apoſtoli. actuū. viij. vbi ſequitᷣ
Tunc imponebāt manus ſuper illos et
accipiebant ſpiritumſanctū. q₂ in impoſi
tione manus dabant ſpiritumſanctum.
Euangeliū. ioh. x. c. cōcordat epiſtole vbi
dicitur. Qui nō intrat ꝑ hoſtiū ⁊c. Non
enī intrat in eccleſiā qui non intrat ꝑ eos
qui ſunt hoſtiū. ſ. per chriſtū ⁊ apoſtolos
Nam heretici non dant ſpiritumſanctū
niſi inquantū ꝯueniunt cum eccleſia. Et
quoniā apoſtoli ⁊ eoꝝ ſucceſſores hereſi

archas ī ſpiritu foꝛtitudinis ſunt aggreſ-
ſi ⁊ aggrediunt̄. ideo officiū hodiernum
ꝑtinet ad foꝛtitudinē. q̄ eſt ſpūſſancti do-
num. Rurſus ſpūſſanctus hoſtiariꝰ eſt.
qui per hoſtiū introducit ad patrem. qđ
etiā in offertoꝛio canit̄. Poꝛtas celi. id ē.
apoſtoloꝝ ſcriptura aperiet. Poſtcōio
eſt. Spūs q̄ a patre. ioh. xj. c.

De quarta feria

Sequitur quarta

feria in qua fiunt ieiunia quat
tuoꝛ tempoꝝ. Apoſtoli nanqꝫ nobis ex
emplum ieiunandi hoc tempoꝛe reliq̄
runt. qui poſt ſuſceptū ſpūmſſanctum ſi-
cut mentes auerterant a ceteriſ mundi il
lecebꝛis. ſic ⁊ ab epularꝝ appetitu. Licꝫ enī
quādiu cū illis fuit xp̄s nō ieiunarent. pꝰ
ablationē tamē eius ſpontaneis ſe ſubdi
dere ieiunijs. Sponſo enī ablato eis ie-
iunandū erat. ſicut dominꝰ p̄dixerat. q̄n
ſponſus auferet̄ ab eis tunc ieiunabunt.
Vn̄ repleti ſpiritusancto ſponte ieiuna-
re ceperūt. quo circa in p̄cedenti ſecunda
feria quidā eſtiualē inchoant quadrage-
ſimam. Alij v̄o ſaniꝰ hodiernū ieiuniū
autumant eſſe huius tempoꝛis quadra-
geſime initiū. cui quidā terminū ſtatuūt
in feſtiuitate ſancti iohānis ſiue ſex habe
at hebdomadas iue nō. Tercij feſtiuita-
tem ſancti iohānis includūt. ⁊ eo vſqꝫ ie-
iunantes ſine termino p̄fixo ꝓcedunt. do
nec ſenariū compleant numeꝝ. Hanc q̄-
dragesimam ꝓbat hieronimꝰ nō eſſe ne-
ceſſitatis. ſꝫ voluntatis dicēs. Nos vnā
facimꝰ quadrageſimā. illi tres. quaſi tres
paſſi fuerint ſaluatoꝛes. non ꝙ per totū
annū ieiunare nō liceat. excepto penthe.
ſed q: aliud eſt neceſſitate. aliud volūta-
te munꝰ offerre. Sꝫ hoc dixit hieronimꝰ
cōtra montanū hereticū. qui apud ſuos
tribꝰ quadrageſimis ſtatuit ieiunandū.
Et dicit̄ hoc ieiuniū eſtatis. qđ eſt ieiuni-
um exultationis. in quo genua nō flecti-
mus. imo cantica leticie dicimꝰ. vt dictū
ē ſub quarta feria tercie hebdomade ad-
uentus. Hoc autē ieiuniū ſtatutū eſt ab
eccleſia in tali tempoꝛe. q: qui in ſe ſentit
gratiā ſpiritusſancti. leuiter ⁊ cū gaudio
ieiunat. ⁊ etiā quia ſup ieiunantes deſcē-
dit ſpūſſanctus viſibiliter. Et ideo īcipit
introitus. Deꝰ cū egredieris in cōſpectu
populi tui ⁊c. Egrediet̄ autē dominꝰ quā
do aliquo ſigno viſibili venit ad auxiliū
hominū. Egreſſus vero eſt cū dedit no-
bis filiū ſuū. qui venit pandens iter ante
nos. vt dicit micheas. Egreſſus eſt etiā
ꝑ ſpūſſancti miſſionē quādo viſibiliter d̄
ſcendit ſup apoſtolos. Et q: per hoc diſ-
ſipati ſunt inimici. ideo ſequitur verſicu-
lus. Exurgat deꝰ ⁊ diſſipent̄ inimici eius
⁊c. Sequitur in quibuſdā eccleſijs lectio
de pꝛincipio ſapiētie. ſcilicet. Diligite iu
ſticiam qui iudicatis terrā. Vbi oſtendi
tur qualiter poterit haberi ſpūſſanctꝰ ibi
Spūſſanctꝰ diſcipline effugiet fictū. Et ī
fine dicitur. Spiritꝰ domini repleuit oꝛ-
bem terrarꝝ ⁊c. Poſtmodū ſequit̄ epiſto
la. Stans petrus ⁊c. actuū. ij. c. in q̄ oſten
dit̄ ꝙ ſup ieiunantes deſcēdit ſpūſſanctꝰ.
Et ibi ſequitur. Non enī iſti ſunt ebrij ſi-
cut vos dicitis. cum ſit hoꝛa tercia diei. ſꝫ
hoc eſt qđ dixit dominus ꝑ ꝓphetam io
hel. Effundam de ſpiritu meo ſup omnē
carnem et ꝓphetabunt filij veſtri et filie
veſtre ⁊c. In alijs vero eccleſijs dicit̄ pri-
ma lectio. Stans petrus. ⁊ poſtmodum
epiſtola. Per manus autē. actuū. v. cap̄.
Due itaqꝫ lectōnes legunt̄. quia duo po
puli ad fidē conuertūtur. vel quia oꝛdi-
nandi in vtriuſqꝫ teſtamenti pagina im-
buūtur. Sequitur alleluia. q: eſt ieiuniū

exultationis. vt dictũ eſt. Et dicũt quidã. Pater cũ eſſem. ioh. xvij. c. Sequit̃ euã‑gelium. ioh. vj. c. Nemo venit ad me niſi pater qui miſit me traxerit eũ. ſ. ꝑ ſpiritũ ſanctũ Et poſt ſequit̃. Patres veſtri mã‑ducauerunt mãna ⁊ mortui ſũt. qui mã‑ducat ex hoᷓ pane viuet ineternũ. q̃r egreſ‑ſum eſt corã xp̄ianis manna ſpirituale. ſi‑cut ante corã iudeis tp̄ale. ſ; manducãteſ corpale mortui ſunt. qui vero manduca‑uerit ſpũale nõ morıet̃ morte. ſ. incredul‑tatis ſeu gehennali. Unde patet ꝙ elegã‑tius egreſſus eſt dñs corã nouo populo. q̃; corã veteri. Cõmunio eſt. Pacẽ ⁊c. et eſt ioh. xiiij. c. Et attende ꝙ officiũ huius quarte ferie p̄dicat ſcientiã que eſt donũ ſpũſſancti. qui vſq; adeo ſanctos illumi‑nat ꝙ de quinq; libris moyſi paucıſq; ꝓ‑phetarum ſcripturis librorꝫ copia creuit qđ miſtice innuit nobis euangeliũ de qn‑q; panibꝫ ⁊ duobꝫ piſcibꝫ qđ hodie in q̃‑buſdã eccleſijs legit̃.

De quinta feria.

Sequitur quinta feria. que ſm̃ aliquas eccleſias nõ habet introitũ ꝓprium. ſed quia dñs deſcendit in die dominica per miſſionẽ; ſpũſſancti. ⁊ quinta feria aſcendit in celũ. ideo diei dominice ⁊ quinte ferie cõmu‑nis eſt introitus. A dominica ergo mu‑tuat. nec habet ꝓpriũ. vt a ſabbato in ſab‑batum ſeptẽ dumtaxat ſint officia ſepte; donis ſpũſſancti deputata. Quidã tamẽ ⁊ huic officio mutuato. nõ incõgrue do‑num aſcribunt. huiuſmodi aſcriptiones nõ a ſabbato ſed a dominica facere inci‑pientes. In dominica eteñ ponũt ſpiri‑tum ſapientie. In ſecũda feria intellectuſ In tercia ↄſilij. In quarta fortitudinis. Et in hac quinta ſpiritu; ſcientie. qui dat ſcrutari ꝓfunda ſicut cantat̃ in alleluia. Spiritꝰ omnia ⁊c. In quibuſdã vero ec‑cleſijs cantatur introitus qui in ſequẽti dicit̃ feria. ſ. Repleat̃ os meũ laude tua. Alique vero eccleſie habent ꝓprium of‑ficium. ſ. Deus patrũ noſtrorꝫ da nobis ſpiritum gratie ⁊c. in quo eccleſia orat fi‑lijs dari ſpũmſanctum ad remiſſionem peccatorꝫ. ⁊ ad facienda miracula. Et q̃r ꝑ ſpũmſanctum fiunt miracula. ideo ha‑betur in epiſtola. Philippus ⁊c. que eſt actuũ. viij. c. ꝙ philippꝰ multos claudos ſanauit. ⁊ ſpiritꝰ ĩmundos eiecit. ⁊ factu; eſt gaudiũ magnũ in illa ciuitate. ſ. ſama‑rie. Et quia ꝑ ſpiritũſanctũ omnia iſta fi‑unt. ideo ſequit̃ euangeliũ luce. ix. c. Con‑uocatis iheſus duodeci; diſcipulis ſuis dedit eis poteſtatẽ ſuꝑ omnia demonia. Et poſt. Nõ ferētes virgã neq; pera; ⁊c. Que fieri non poſſunt niſi ſpiritusſancti abundantia habeat̃.

De ſexta feria

Sexta feria eſt in‑troitus. Repleat̃ os meũ laude vt poſſim cantare alleluia. quia qui gau‑det ore ⁊ corde poteſt ieiunare ieiunio ex‑ultationis. Et quia eſt dies veneris in q̃ paſſus eſt dominus ⁊ dies ſpũſſancti. io‑dicit petrus in epiſtola. Aperiẽs. act. ij. c que in quibuſda; eccleſijs legit̃ ꝙ xp̄s ſu‑ſcitatꝰ eſt a ſpiritusancto. Uñ ibi habet̃. Suſcitauit ihũm ſolutis doloribꝰ infer‑ni. ſicut ſcriptũ eſt. Non dabis ſanctũ tu‑um videre corruptõnẽ. In quo ſignifica‑ta eſt illa ſpũſſãcti opatio quã ſynagoga nunc mortua. pietate reſurget poſtq̃; ple‑nitudo gentiũ eadem introierit pietate. Predicat ergo hoc officiũ pietatẽ. Poſ‑ſet etiã ꝑtinere ad ſpũm timoris. ꝓ eo qđ dicit̃ in euangelio. Et repleti ſunt timore

&c. In quibuſdam eccleſijs legitur lectio.
Exultate filie ſyon. que eſt iohel. ij. ca. Et
qꝛ ꝑ ſpūmſanctum fiunt miracula. ſequit̄
euangeliū. Factū eſt. luce. v. c. de ꝑalitico
ſanato Et qꝛ ꝓpter hoc debet laudari do
minus. ſequit̄ offertoꝛiū. Lauda aīa mea
dominū. Cōmunio eſt. Spiritꝰ vbi vult
ſpirat. ioh. iij.

De ſabbato.

IN ſabbato eſt introi
tus. Caritas dei diffuſa eſt in coꝛdibꝰ no/
ſtris ad Ro. v. c. ⁊ competit ſpirituiſan/
cto qui eſt caritas ⁊ etiā diei ſabbati qꝛ ī
ſabbato future quietis maxime diffūde:
tur. vt qui igniculus eſt in ſyon caminuſ
ſit in hieruſalē. Et ſequit̄ verſus. Domi/
ne deus ſalutis mee. in die clamaui ⁊ no
cte coꝛam te. Ille enī in quo diffuſa eſt ſpi
rituſſancti gratia laudat deū in ꝓſperis
⁊ in aduerſis. Sequit̄ epiſtola. Iuſtifica
ti &c. ad Ro. v. ca. in qua habet̄ de hmōi
diffuſione Quia enī caritas dei diffuſa ē
nō ꝑmittit eā paulus intra fines terre ꝓ/
miſſionis tantū coartari. imo oſtendit ꝙ
nō tantū iudeis veꝝ etiā gentibus datuſ
eſt ſpūſſanctus dicens ipis iudeis. Vo/
bis opoꝛtebat pꝛimū pꝛedicari. Sꝫ quia
repuliſtis verbū dei ⁊ vos indignos feci
ſtis vite eterne: ecce cōuertimur ad gen/
tes. In alijs vero eccleſijs dicit̄ epiſtola.
Conuenit vniuerſa ciuitas &c. actuū. xiij.
Quia ergo gentibꝰ datus eſt ſpirituſſan
ctus. ideo ſequitur alleluia. Laudate do
minum omnes gentes. In hoc eniꝫ ieiu/
nio non tacentur cantica leticie pꝛopter
reuerentiam feſti. nec ſecundū nicen̄. con
cilium. genua flectimus ſed ſtantes oꝛa/
mus pꝛopter neophitos gaudentes ꝙ a
peccatis ſurrexerunt. In alijs eccleſijs
dicit̄. Repleti ſunt omnes. actuū. ij. ca. ⁊
ſpiritus domini oꝛnauit celos. iob. xxvj.
c. Poſtea euangeliū ſequit̄ Surgēs ihe
ſus. luce. iiij. ca. de ſocru petri ſanata. que
ſignificat ſinagogā. que ſanata ē a petro
ab infidelitate. ⁊ ꝑfectius ꝑ fidem ipſius
ſanabitur in futuro. ⁊ ſic conuenit cū epi
ſtola. Fiunt autē hac die oꝛdines. qꝛ ſuꝑ
oꝛdinandos deſcēdit ſpūſſanctꝰ ⁊ etiā ſu
per ieiunātes. ⁊ ideo dicūt q̄ttuoꝛ lectōeſ
ante lectōnē daniel. ꝓut dictū eſt ſub q̄r
ta feria tercie hebdomade aduentꝰ. Pꝛi
ma eſt de pꝛincipio libꝛi ſapiētie. in qua
oſtendit̄ quibꝰ dat̄ ſpūſſanctꝰ ⁊ quibꝰ nō
. ſ. illis q̄ ſentiūt de dn̄o ī bonitate ⁊ ī ſim:
plicitate coꝛdis querūt illū. In alijs vero
eccleſijs pꝛima eſt d̄ iohele. ij. c. Effundā
de ſpiritu meo ſuper omnē carnē. qꝛ ſicut
ſpūſſanctꝰ ſuꝑ apl'os deſcēdit viſibilit̄. ita
ſuꝑ oꝛdinādos deſcēdit inuiſibiliter. Se
cunda eſt. Locutus eſt. que eſt leuit̄. xxiij.
cap̄. Tercia eſt. Dixit moyſes. que eſt in
deut̄. xxvj. ca. Quarta eſt. Dixit dominꝰ
ad moyſen. que eſt leuitici. xxvj. ca. Offer
toꝛium eſt. Intonuit dominus. Poſtcō
munio vero. Non vos relinquā. de effu
ſione ſpirituſſancti loquitur. Poteſt eti
am dici ꝙ hoc officium figurat duoꝝ cō/
coꝛdiam populoꝝ iudei videlicet ⁊ genti
lis. Hi ſunt duo ceci de quibus dicitur ī
euangelio ꝙ ſunt illuminati a xp̄o. De q̄
concoꝛdia loquitur paulꝰ in epiſtola ad
iudeos ⁊ gentiles dicens. Iuſtificati ex fi
de pacem habeamꝰ ad deū. ꝑ dn̄m noſtꝝ
ihm̄ xp̄m. Sꝫ qꝛ pax aut cōcoꝛdia vera
non fit niſi ꝑ caritatem. ideo pꝛecinitur ī
introitu. Caritas dei diffuſa ē. in quo ter
ponitur alleluia. quoniam ad fidem tri/
nitatis peruenitur per obſequia carita/
tis. Lectōes etiā ad ieiunium pertinētes
atteſtātur operationē ⁊ grām ſpūſſancti
vt pꝛima. Effundā de ſpū meo. Et ſecūda

Locutꝰ eſt. vbi dicit̄ Numerabitis ſeptē
hebdomadas vſqꝫ ad alterā diē expletio
nis hebdomade ſeptime. p̄ſentem intelli
git feſtiuitatem q̄ olim dicebat̄ feſtiuitas
hebdomadaꝝ. Et qꝛ poſtq̄ꝫ gentes intra
uerint reliquie ſaluabāturr. ideo nūc flen
tibꝰ ⁊ ſponſum expectantibꝰ dicit dn̄s in
poſtcōione Nō vos relinquā orphanoſ
Quia igit̄ hec ꝯcordia fieri iminēte die iu
dicij. qui etiā electis erit cauſa timoris. iō
hoc officiū ꝑtinet ad timorē. vel qꝛ timor
introducit caritatē licet caritas foraſ mit
tat timorē. Et attēde qꝛ ſm̄ auguſtinuꝫ
in ordine iſtoꝝ officioꝝ deſcendendo cō/
putamꝰ. In ordine vō paſcaliū aſcēdēdo
qꝛ ꝑ hec deſcēſus ſpūſſancti ad nos ꝑ illa
noſter ad ipm̄ ſignificat̄ aſcēſus. Et caue
qꝛ p̄ter p̄miſſa officia ad ieiuniū ꝑtinētia
q̄ in quarta ⁊ in ſexta feria ⁊ ī hoc ſabba/
to expoſuimꝰ. alie quidē lectiōes ⁊ euāge
lia in eiſdē diebꝰ inueniunt̄ q̄ forte ſolem
nitati magis appꝓpinquare vident̄. tamē
hec ⁊ illa gratiā ſpūſſancti ꝑſonāt ⁊ opa/
tionē. Vn̄ quidā hodie nō incōgrue du/
as miſſas celebrāt. Vnā in tercia de feſto
cū gloria ī excelſis. ⁊ credo. Aliā in nona
de ieiunio ſine gloria in excelſis. in q̄ ſunt
clerici ordinandi. qui merito in hac heb/
domada ordinant̄. vt ſpūſſancti dona ꝑ/
cipere mereant̄. Et memēto ꝙ in hac die
terminat̄ quinq̄geſima. ⁊ ideo hodie fre
quentat̄ ⁊ cantat̄ ꝓ graduali all'a. nec fle/
ctunt̄ genua. ꝑtinet eni ad octauā. Gene/
rale quidē eſt ꝙ quotiens in die de tēpo/
re gratie materia laudis aſſumit̄. aut di/
es ad octauā refert̄. genua nō flectimꝰ. ſꝫ
in oratōibꝰ ſtantes collatā nobis gratiā
⁊ ꝯferendā gloriā ꝓfitemur. vt cū olim eſ
ſemus ſerui curui. nunc fracto iugo ince
damꝰ erecti. vt in dominicis diebꝰ. in ſan
ctoꝝ natalicijs ⁊ paſcalibus. inclinare tn̄
capita poſſumꝰ vt mulieres deuotas ad
monumentū venientes imitemur ⁊c.

De octaua penthecoſtes.

In pleriſqꝫ locis in octaua penthe. fit feſtū ſancte
trinitatis. Poſtq̄ꝫ eni celebrata eſt feſti/
uitas patris in natiuitate. qꝛ natiuitaſ di
citur feſtiuitas patris. ⁊ poſtq̄ꝫ celebratū
eſt feſtū filij in paſca. ⁊ feſtū ſpūſſancti in
miſſione ipiꝰ. merito ī octaua penthe. fit
feſtū eoꝝ ſimul. feſtuꝫ. ſ. trinitatis. vt oſtē
dat̄ ꝙ tres ꝑſone ſunt vnꝰ deus. Et hec ē
prima cauſa quare celebrat̄ feſtū triuꝫ ꝑ/
ſonarum diuinaꝝ ſimul. Secunda cau/
ſa eſt qꝛ ad inuocatōneꝫ ſancte trinitatis
dat̄ in baptiſmo ſpūſſanctus vt p̄miſſuꝫ
eſt. Tercia cauſa eſt vt oſtēdat eccleſia fi/
lijs ſuis illum a quo ſunt om̄ia bona. cu
ius habet imaginē. ⁊ cuiꝰ debet habere ſi
militudinem videlicet dei ⁊ ſancte trini/
tatis. quā ſemper laudare debemus. Et
quia tota intentio eſt laudare ipm̄. ideo
in quibuſdā eccleſijs in ſingulis antipho
nis laudum p̄ponitur verſiculus qui la
borem ſignificat. ad oſtendendum ꝙ to/
to labore totoqꝫ niſu debemꝰ nos verte
re ad laudandum deū ⁊ ſanctam trinita/
tem. Et eodem modo fit in quibuſdaꝫ ec
cleſijs in feſto beate marie in antiphoniſ
laudum. ꝓ eo ꝙ ipa ſe totā vertit in lau/
dem dei. Vn̄ tunc in euāgelio dicit̄ Ma
ria autem cōſeruabat omnia verba hec
conferens in corde ſuo. Et quia ipſa pri/
uilegiata fuit in virginitate. ipſa eniꝫ eſt
virgo virginum. In antiphonis quoqꝫ
de beato Laurentio ⁊ de beato Paulo
⁊ de beato ſtephano preponuntur qui/
dam verſus antiphonis ad maiorem la/
borem notandum quem in ſuis martiri
is ſuſtinuerunt. Beatus autē laurentiꝰ